
NOS Stanislaus Cieciotka, Anthonius Paczoska, Sebastianus Paulowicz, Ioannes Kruppek, Nicolaus Starffembergk, Erasmus Czirus, Hieronimus Zaliaszowski, Andreas Fogelweder, Ioannes Szpiglar, Paulus Bernsdorff, Iacobus Gastgeb, Scabini Ciuitatis Cracconiæ, Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis, Quia coram nobis in iudicio bannito exposito, quod celebratum extitit, feria sexta post festum Æpiphaniarum Domini, Anno Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo Quarto, cui Famatus Dominus Stanislaus Woith Aduocatus noster iuratus præsidebat, personaliter comparen. Famatus Dominus Stanislaus Cieciotka Senior Scabinus Craccouien, plenipotens honestæ Dominæ Elisabethæ, Spectabilis olim Domini Simonis Aschelmi Consulis Wratislavien relictæ viduæ, et Honestarum Dominarum Annæ, et Margarethæ, Honorati olim Danielis Schillingk Ciuis et mercatoris Wratislaviensis filiarum, vxorum vero Famatorum Sebaldi Zauerman, et Casparis Bittener ciuium Wratislauiensium, Ac Famatorum Stanislai Eicheiser, et Andreæ Ladebach, vtpote tutorum Danielis, Gottfredi, Martini, et Heduigis, liberorum prædicti olim Danielis Schillingk ex primo matrimonio susceptorum, Nouissime honestorum Nicolai Dobszicz, et Israelis Raichel Tutorum Appoloniæ, filiæ prædicti Danielis Schillingk ex secundo matrimonio progenitæ, coram officio consulari Wratislavien, die XX iiii mensis Decembris, Anno M. D. LX iii Ad id præstandum sufficienter constitutus, vigore eius plenipotentiæ. Domum lapideam inter Spectabilis Domini Bartholomei Schemlek, et hæredum olim Domini Iodoci Schillingk Consulum Craccouien iacentem, ex certis deuolutionibus, alijsque quibusuis modis, et iuribus, ad suos principales pertinentem, quemadmodum ipsi eandem tenuerunt, habuerunt, et possederunt, Famato Andreæ Fogelweder Scabino Cracconien, cum plena faciendi, et dimittendi potestate, iure perpetuo, atque hæreditario liberam resignauit. Cauens solenniter pro omni impetitione secundum ius Ciuitatis, Et recognouit authoritate sibi concessa plenipotentiæ satisfactum esse suis principalibus, pro iam dicta domo lapidea, in summa pecuniæ florenorum quatuor millium, per mediam sexagenam computatorum, iuxta venditionis contractus, actis Consularibus Wratislavien die XX iiii mensis Decembris Anno M. D. LX iii annotatas. In quorum omnium fidem et testimonium præsentibus sigillum nrum est subappensum. Actum et Datum Cracconiæ anno die indicco quibus supra.



NOS Stanislaus Ciecziotka, Anthonius Kacziczka, Sebastianus Paulowicz, Ioannes Kruppek, Nicolaus Sparffembergk, Erasmus Cirus, Hyeronimus
Zaliaszowski, Andreas Fogelweder, Ioannes Szpiglar, Paulus Bernsdorff, Iacobus Gastgeb, Scabini Ciuitatis Cracconiæ, Significamus tenore præsentium, qui;
bus expedit vniuersis. Quia coram nobis in iudicio bannito exposito, quod celebratum extitit, feria sexta post festum Æpiphaniarum Domini, Anno Mil;
lesimo, Quingentesimo Sexagesimo Quarto, cui Famatus Dominus Stanislaus Woith Aduocatus noster iuratus præsidebat, personaliter comparen. Fama;
tus Dominus Stanislaus Ciecziotka Senior Scabinus Craccouien, plenipotens honestæ Dominæ Elisabethæ, Spectabilis olim Domini Simonis Aschelmi Con;
sulis Wratislauien relictæ viduæ, et Honestarum Dominarum Annæ, et Margarethæ, Honorati olim Danielis Schillingk Ciuis et mercatoris Wratislauiensis
filiarum, vxorum vero Famatorum Sebaldi Zauerman, et Casparis Bittener ciuium Wratislauiensium, Ac Famatorum Stanislai Eicheiser, et Andreæ La;
debach, vtpote tutorum Danielis, Gottfredi, Martini, et Heduigis, liberorum prædicti olim Danielis Schillingk ex primo matrimonio susceptorum, Nouissime
honestorum Nicolai Dobszicz, et Israelis Raichel Tutorum Appoloniæ, filiæ prædicti Danielis Schillingk ex secundo matrimonio progenitæ, coram offi;
cio consulari Wratislauien, die XX iiii mensis Decembris, Anno M.D.LXiii Ad id præstandum sufficienter constitutus, vigore eius plenipoten;
tiæ, Domum lapideam inter Spectabilis Domini Bartholomei Schemlek, et hæredum olim Domini Iodoci Schillingk Consulum Cracconien iacentem,
ex certis deuolutionibus, alijsq; quibusuis modis, et iuribus, ad suos principales pertinentem, quemadmodum ipsi eandem tenuerunt, habuerunt, et pos;
sederunt, Famato Andreæ Fogelweder Scabino cracconien, cum plena faciendi, et dimittendi potestate, iure perpetuo, atq; hæreditario liberam resigna;
uit. Cauens solemniter pro omni impetitione secundum ius Ciuitatis, Et recognouit authoritate sibi concessa plenipotentiæ satisfactum esse suis principa;
libus, pro iam dicta domo lapidea, in summa pecuniæ florenorum quatuor millium, per mediam sexagenam computatorum, iuxta venditionis
contractus, actis Consularibus Wratislauien die XX iiii mensis Decembris Anno M.D.LX iii annotatas. In quorum omnium fidem et
testimonium præsentibus sigillum nrum est subappensum. Actum et Datum Cracconiæ anno die indictione quibus supra







Resignatio domus lapidea, doctoris Schilingey, in personam dni Engelhardi.

